

αἰδούρατον saltem difficultatem quamdam hic innui, in qua sententia multos ex viris clarissimis esse perspexit e. gr. B. FLACIUM in clave Scr. P. I. col. 411. seq. S. R. GVST. GEORG. ZELTNERUM in notis ad versionem bibl. B. LUTHERI ad h. l. jo. CLERICUM ad Hammondum h. l. it. in Biblioth. Vniv. T. XII. p. 441. seqq. plures huius sententiae patrones in medium profert REV. WOLFIUS in Cur. Phil. T. III. p. 661. seq. Nuperrime hanc vocabuli αἰδούρατον expositionem in loco nostro paullino suam fecit Cel. SCHWARZIUS in Com. Gr. L. p. 20.

§. VII.

Jam porro hoc est determinandum, qualis vocabulo ἀνακανίζειν hic competit notio. Perspicit quilibet graecarum litterarum notitia vel leuiter imbutus, quod vi compositionis atque originis hoc verbum proprie ac formaliter denotet aliquid de novo nouum facere, aliquid quodammodo in istum statum restituere in quo erat, ubi nouum erat, qua notione haec vox apud LXX. Jnt. et apud profanos scriptores graecos ubiuis adhibetur. Apud N. T. auctores hoc ἀνακανίζειν, si ab hoc nostro discesseris loco, nullibi occurrit. Interpretum non pauci illi eum hic adlerunt significatum, in quo verba synonyma ἀνακανύων et ἀναέόμαι a sacris scriptoribus N. T. adhibita conspicuntur, et cum per ista in specie ea denotetur hominis immutatio, qua diuina in eo restauratur imago, quaque in eum statum quodammodo restiteitur, in quo ab initio erat creatus, conf. Eph. III. 23. 24. Col. III. 10. eamdem renovationem hic quoque innui censem. Atuero, cum iuxta salutis ordinem haec diuinæ imaginis restauratio poenitentiam lapsorum, de quibus hic sermo est, semper supponat, eamque demum subsequatur,

B

tur,